HUCBALDI MONACHI

·PERUM PARS PRIMA. - HAGIOGRAPHICA

EPISTOLA DE SANCTO THEODERICO.

(Apud Mabill., Annal. Bened., tom. III, p. 691.)

is in Christo patribus et fratribus congre-
almi confessoris Christi Theoderici Huc-
ıumilis, licet indignus officio sacerdos, ha-
ınachus, omnem felicis vitæ jocunditatem.
ıstra religio atque ardentissima in Deum
tum ejus Theodericum devotio, studiique
oni intentio nostram adiit mediocritatem,
lans ut, ad nostrorum imitationem majo-
ii in laudem Dei et sanctorum ejus mente
ssima singulis apta temporibus canona
uere modulamina, nos quoque vobis noc-
de memorabilibus præfati cultoris Dei et
ı patroni vestri domni Theoderici gestis
æ melodiis, dulcorata cum antiphonis
ımus responsoria, in ejus sacra festivitate
ı, quod exsequendum tanta noster agres-
animus alacritate, quanta vestra id fieri
t devotio. Et ecce, divina favente gratia,
stra suggessit charitas, nostræ parvitatis
ter explevit humilitas. Sed quia, attestante
ıngelica, *dignus est operarius mercede sua*
ı); me humiliter expetente, et vestra boni-
orabiliter annuente, in ejus parvissimi
ınsatione servitioli spopondistis mihi cum
promissione fidei acturos vos in sacris
bus vestris memoriam mei singulis annis
hoc ipso officio nocturnali: nec tantum
hoc cursu instantis ævi videor frui sole
sed multo magis cum Deo disponente
it præsenti me vita defungi; et addidistis

A hujus in me benevolentiam exempli vos per successiones temporum, veluti pro bonæ consuetudinis lege relicturos posterorum dilectioni. Promissionis ergo inter nos istius firmitas intemerata sit fidei vestræ veritas coram Deo semper aperta, qui eum promittit habitaturum in tabernaculo suo, et requiem habiturum in monte sancto suo, qui loquitur veritatem in corde suo, et qui non egit dolum in lingua sua. Et ne vobis videar pro parvis exposcere magna, sciat dilectio vestra se apud illum recepturum impensæ in me charitatis præmia, qui pro minimis fideliter actis solet rependere maxima. Igitur gratifica vestræ dulcedinis sponsio et jussione accepta, ut in hoc perseverans, Deo miserante, maneat apud vos nostri memoria B hæc prædicta, sicut et quæ sequuntur capitula in hac adnotata sunt pagina, pro vivo psalmum *De profundis*, *Pater noster*, Capitula, *Salvum fac servum tuum*; *Convertere, Domine, usquequo*; *Mitte ei, Domine, auxilium de sancto*; *Nihil proficiat inimicus in eo*; *Esto ei, Domine, turris fortitudinis*; *Domine, exaudi orationem meam. Deus qui justificas impium, et non vis mortem peccatoris.*

Pro defuncto, psalmum *De profundis. Pater noster. Requiem æternam dona ei, Domine. Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. Anima ejus in bonis demoretur. A porta inferi. Annue nobis, Domine, anima famuli tui Hucbaldi remissionem quam semper optavit, mereatur percipere peccatorum. Per Dominum*, etc.

HYNNUS DE SANCTO THEODERICO

Festiva Christo cantica
Nunc turma fratrum concinat,
Qui semper in sanctis suis
Mirandus et laudabilis
Theodericum terrea,
Et carnis oblectamina,
Qui corde fecit spernere
In seque mentem figere.

C

Is ergo spernens sæculum,
Christoque sponsam conferens,
Cœlestis aulæ prævium
Sibi petit Remigium.
A quo celebri dogmate
Cum doctus esset optime,
Datur pater cœnobio,
Fundat poli quod nuntio.